Quelle: http://manuscripta.at/?ID=460
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



homine liberari a damnatione mortis quam in prima natiuitate contraxerat.
non per unum hominem mediatorem. Cui homines cuiuscumque; di salubrima fi
de omnes illi salui facti sunt. quia prius quam in carne uenirent crediderunt in car
E a deo. Nam quia fides est rerum non uenturum. quod nunc fidem
illorum. quo quod illi credidit erant futurum. nos credimus factum.
Idem in libro de correctione et gratia. Nemo liberatur a damnatione
quam facta est per adam. nisi per fidem ihu xi. Greg. super ezechielem. qui precedebant
et qui sequebantur clamabant dicentes. osanna filio dauid. et cetera. quia omnes
electi qui in iudea esse potuerunt. siue qui nunc in ecclesia sunt. in mediatore
dei et hominum crediderunt et credunt. aug. De nuptiis et concupiscentia
a eadem fide mediatoris saluos fiebant iustos antiquos. pusillos cum
maioribus. quia sicut credimus nos aliquem in carne uenisse. ita illi uen
turum. sicut nos mortuum ita illi mortuum. sicut nos resurrexisse.
ita illi resurrecturum. et nos et illi ad iudicium uiuorum et mortuorum
uenturum. et ideo dicit isti quod nullus de antiquis potuit saluari. nisi
ista quatuor admirandum crederent. scilicet uenturum et morituum et cetera. si quis
beneuelatio non erat facta illi penitus ignorabant. quin ergo hec credebant.
Alii qui magis assentiunt dicit eos fidem in mysterio uelatam habu
isse. et quod alii quibus reuelatio facta erat sciebant et crediderunt. histi
et si nesciebant credebant. Commiserat enim illi fidem suam. Vnde in iob. bo
ues arabant. et asine pascebantur iuxta eas. Isti erant asine pas
centes iuxta boues. sicut hodie in ecclesia multi simplices. quia si
nesciant ita distincte trinitatem assignare. credit tamen quia in fide
et humilitate adhaerent illis qui hec sciunt et credit. Opponit cum hi
cet habere fidem in uelatam in mysterio credere deum scilicet esse. et remu
neratorem spiritum in se. et philosophi hi credebant. tamen habebant
fidem in uelatam in mistio. Si auctoritatem dicit eos non posse humana
ratione fidem incarnationis habuisse. si ut iam diximus hoc